

Paralipomenon II.

201

mane et vespere thymiana iuxta legis precepta confectum: et proponuntur panes in mensa mundissima. Estque apud nos candilabrum aureum: et lucerna eius: ut accendantur semper ad vesperam. Nos qui precepta custodimus precepta domini dei nostri: que vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux deus est: et sacerdotes eius qui clangunt tubis et resonant contra vos. Filii israel nolite pugnare contra dominum deum patrum vestrorum: quia non vobis expedit. Hec illo loquente: hieroboam retro moliebat in insidias. Cumque ex aduerso ostium staret: ignorantem iuda: suo ambigebat exercitu. Respicensque iudas vidit instare bellum ex aduerso: post tergum: et clamauit ad dominum: ac faceret dotes tubis canere ceperunt: omnesque viri iuda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus perterruit deus hieroboam et omnes israel qui stabat ex aduerso abia et iuda: fugeruntque filii israel iudam et tradidit eos deus in manu eorum. Percussit ergo eos abia et populus eius plaga magna: et corruerunt vulnerati ex israel quinquaginta milia virorum fortium. Humiliatique sunt filii israel in tempore illo: et vehementissime confortati filii iuda: eo quod sperassent in domino deo patrum suorum. Persecutus est autem abia fugientem hieroboam: et cepit ciuitates eius: berxel et filias eius et biesana cum filiabus suis: effron quoque et filias eius. Hec ualuit ultra resistere hieroboam in diebus abia. Quem percussit dominus: et mortuus est. Igitur abia confortato imperio suo: accepit uxores quattuordecim: procreauitque viginti duos filios: et sedecim filias. Reliqua autem sermonum abia uiarumque et operum eius scripta sunt diligentissime in libro addo prophete. **XIII**

Dormiuit autem abia cum patribus suis et sepelierunt eum in ciuitate dauid. Regnauitque asa filius eius pro eo. In cuius diebus qui

euit terra annis decem. Fecit ergo asa quod bonum et placitum erat in conspectu dei sui: et subuerit altaria peregrini cultus: et excelsa: et confregit statuas lucosque succidit: et precepit iude ut querebat dominum deum patrum suorum: et faceret legem et uniuersa mandata. Et abstulit de ciuitatibus iuda: aras et phana: et regnauit in pace. Edificauit quoque urbes munitas in iuda: quia quietus erat et nulla temporibus eius bella surrexerant pacem domino largiente. Dixit autem iude. Edificemus ciuitates istas: et vallemus muris: et roboremus turribus et portis et seueris: donec a bellis quiescit omnia: eo quod quiescerimus dominum deum patrum nostrorum: et dederit nobis pacem per gratiam. Edificauerunt igitur: et nullum in extruendo impedimentum fuit. Habuit autem asa in exercitu suo portantium scuta et hastas de iuda trecenta milia: de beniamin uero scutariorum et sagittariorum ducenta octoginta milia. Omnesque isti viri fortissimi. Egressus est autem contra eos zara ethiops cum exercitu suo decies centena milia et curribus trecentis: et uenit usque marefa. Porro asa peruenit obuiam ei: et instruxit aciem ad bellum in ualle sepbara: que est iuxta marefa: et inuocauit dominum deum et ait. Domine non est apud te ulla distantia: utrum in paucis auxiliariis aut in pluribus: adiuua nos domine deus noster. In te enim et in tuo nomine habentes fiduciam uenimus contra hanc multitudinem. Domine deus noster tu es: non preualeat contra te homo. Terruit itaque dominus ethiopes coram asa et iuda. Fugeruntque ethiopes: et persecutus est eos asa et populus qui cum eo erat usque gerara. Et ruerunt ethiopes usque ad internitionem: quod domino cedente contriti sunt: et exercitu illius preliante. Tulerunt ergo spolia multa. Et percusserunt ciuitates omnes per circuitum gerare. Gradus quippe cunctos te noster inuaserat. Et

CC.